

entscheiden, ob nicht doch vielleicht die Handschrift eine genauere Untersuchung verdient.

Cod. 136 enthält auf dem vorletzten Blatt von einer Hand des 12. Jahrh. 'Viri venerabiles' (oben S. 404) und auf dem letzten folgendes Gedicht, welches mir bis jetzt nur aus einem sehr mangelhaften und lückenhaften Abdruck v. Feifalik in den Wiener SB. XXXVI, 132 bekannt ist:

Ad terrorem omnium surgam locuturus:
Omnis clerus audiat, simplex et maturus.
Nichil est quod timeat, valde sum securus:
Noster sermo percutit velut ensis durus.

- 5 Puniendi presules sunt et cardinales,
Abbates et monachi, sanctimoniales,
Sacerdotes tutuli, clerici venales,
Congregantes jugiter opes temporales.

- Quanto plus accumulunt, tanto plus marcescunt;
10 Sunt velut ydropici, quorum membra crescunt:
Cum plus bibunt, sitiunt, magis exardescunt,
Sic avari miseri numquam requiescunt.

- Quid est avaricia nisi vilis cultus,
Vanitatum vanitas, cordium tumultus?
15 Pereunt divicie, perit homo stultus,
Miser postquam moritur, statim fit sepultus.

- In sepulchro tegitur vili tegumento,
Deputatur postea miser in tormento,
Quatitur suppliciis ut arundo vento,
20 Redimi non prevalet auro nec argento.

In mundanis opibus que vos possidetis,
Cuncta transitoria sunt que vos videtis.
Querite psalmigraphum, et invenietis:
Nichil horum proprium est que vos tenetis.

- 25 Plures in hoc seculo vidi prepotentes,
Auro gemmis vestibus valde renitentes:
Demum vidi miseros illos et egentes,
Suis a minoribus cibum expetentes.

- Quid in vestris opibus, miseri, speratis,
30 Variis induviis corpus adornatis?
Ecce pauper postulat vestem nuditatis,
Quem videre, miseri, prorsus denegatis.

2. De priore qui distulit audire confessionem. Monachus quidam etc.
3. De comite qui dixit predestinationem imponere necessitatem. Comes quidam etc. 1. errorem F. 3 timeo F. Die weiteren Abweichungen übergehe ich. 7–10 fehlen F. 21–41 fehlen F.